Quelle: http://manuscripta.at/?ID=774
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



160

bunt in requiem meam. Gloria patri et filio et spiritui sancto sicut erat
in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.
Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro preoccupemus
faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus
dominus et rex magnus super omnes deos quoniam non repellit dominus plebem
suam quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse con
spicit. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaue
runt manus eius venite adoremus et procidamus ante deum ploremus
coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autem
populus eius et oues pascue eius. Hodie si uocem eius audieritis nolite
obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in de
serto ubi temptauerunt me patres uestri probauerunt et uiderunt opera mea.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hii errant